

Band V., Nr. 1517, Seite 284-285

Der Edle Beringer von Entringen überlässt den von ihm zu Lehen gehenden, von den Söhnen des verstorbenen Ritters Heinrich von Königsbach an das Kloster Herrenalb verkauften und ihm deshalb aufgelassenen Zehnten und sonstigen Besitz in beiden Derdingen auf deren Bitten an genanntes Kloster und wird dafür von ihnen durch Auftragung ihrer Eigengüter in Königsbach entschädigt.

Ohne Ortsangabe, 1259.

Universis ratione utentibus tam futuris quam presentibus Berengerus nobilis vir dictus de Antringen subscriptis fidele testimonium perhibere. Quoniam a plerisque ita aliena est pietas et in tantum in eis sevit perversa cupiditas, ut iam fere quilibet meditetur, quibus occasionibus vel dolis res sive possessiones proximi sui usurpare sibi valeat, summe necessarium cognoscatur esse, ut, quando fiunt emptiones possessionum sive commutationes, ne processu temporis cupidorum seu invidorum calumpnientur versutiis, fidelibus eis ac sufficientibus testimoniis caveatur, que tamen inimica sibi perimit oblivio, nisi scriptura quasi memorie clipeo protegantur, quoniam itaque abbas et conventus de Alba monasterio, Cysterciensis ordinis, emerunt a filiis domini Heinrici beate memorie militis de Kvnegespach^a, videlicet Hermanno, Helenwico, Heinrico, decimam et quecumque possederunt in utraque villa Terdingen, quibus iidem se a nobis infeodatos esse noverant, ut venditionem ab eis factam ratam et gratam habendo non cassaremus, sed eam dicto conventui firmaremus, ad eorum consensum multa nos instantia inclinarunt. Et ne nobis eorum deperiret homagium, bona sua in Kvnegespach, que titulo proprietatis tunc possederunt, nobis conferentes a nobis feudali titulo receperunt. Quapropter nos tam dicti conventus emptioni acquiescentes quam prefatorum fidelium nostrorum venditioni consentientes eandem decimam cum ceteris bonis eorum emptioni tunc verbotenus inclusis nobis resignatam sepedicto conventui conferimus titulo proprietatis in perpetuum possidendam. Quod factum ut ab omnium nunc et in posterum defendatur calumpniis, presentis scripti et nostri sigilli, domini quoque Ottonis de Eberstein et Bertoldi nobilis viri de Wizenstein sigillorum munimine roboramus, rogantes, ut fratrum eiusdem conventus apud deum etiam nos orationibus adiuvemur.

 Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LVIII.

^aA': *militis de Kvnegespach.*

II

Der Textabdruck folgt einer der beiden Ausfertigungen (A). Ein Duplikat (A') befindet sich in Karlsruhe; die einzige relevante Textabweichung ist in den Anmerkungen nachgewiesen.

 An weißen Leinenlitzen drei schildförmige Siegel: 1) Das Siegel des Grafen Otto von Eberstein, 55,48 mm (IV. A. 1): Die ebersteinische fünfblättrige Rose; Umschrift: + *Sigillum* . OTTONIS . COMITIS . DE . EBERSTEIN. 2) Das Siegel Beringers von Entringen, 45, 39 mm (IV. A. 1): In einem Rechtsbalken drei Ringe; Umschrift: + *Sigillum* . BERNGERI . IN . ANTRINGEN. 3) Das Siegel Bertholds von Weißenstein, 53,44 mm (IV. A. 1): Dreimal geteilter Schild; Umschrift: + *Sigillum* . PERTOLDI . DE . WIZENSTANI. An A' ist die Umschrift des ersten Siegels teilweise, des dritten Siegels größtenteils weggebrochen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 489 U 219 (A) und A 489 K U 863 (A')

Überlieferung und Textkritik:

Das Duplikat jetzt in HStA Stuttgart A 489 K U 863.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...] 1 (1850), S. 245 (Auszug).

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)
 Bad Herrenalb, CW
 Dillweißenstein Wohnplatz (6702)
 Dillweißenstein, Pforzheim, PF
 Hohenentringen Wohnplatz (16226)
 Hohenentringen, Ammerbuch, Tü
 Königsbach Wohnplatz (7184)
 Königsbach, Königsbach-Stein, PF
 Oberderdingen Wohnplatz (5416)
 Oberderdingen, KA
 Unterderdingen Aufgegangen (22754)
 Unterderdingen, aufgegeg. in Oberderdingen KA